

sanctissimis patriarchis, quod per omnia dirigit vestra beatitudo homines qui debeant conquirere cum ipsis; et tunc secundum quod claruerit, perfecta dispositio fiet. Nam ante hoc nullo modo nos acquiescere ut idem beatissimus Vitalianus ejiciatur. Hac cognoscens vestra paterna beatitudo, studeat sequi voluntatem Dei. Sicut enim prædictum est, spem habemus in coronatore nostro Deo, quia dum præviderit super hoc ferventem nostrum affectum, ejus benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes gentium sedabit. Omnem vero concursum venientibus jussimus præbere Theodorum gloriosum patri- cium et exarchum Christo amabilis nostræ Italiæ provinciæ, tam in navi quamque in expensis et omni utilitate eorum; et si necessitas exegerit, etiam caste- latus dromones præbere ad eorum munimen, ut ex omnibus illæsi et sine periculo (Deo cooperante) iidem ad nos perducantur. *Subscriptio.* Divinitas te servet per multos annos, sanctissime ac beatissime Pater.

τῶν ἡμετέρων τυράνων. Ἄλλ' ὅπως ὑπεσχόμεθα τοῖς εἰρημίνοις ἀγιωτάτοις πατριάρχαις, ὡς πάντως ἀπο- στελεῖ ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης ἀνθρώπους, τοὺς ἐπιλιοντας συζητῆσαι μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι τῆνικαῦτα τὸ φανερούμενον ἢ τελεία διοικήσεις γίνονται. Ἐπεὶ πρὸ τού- του μὴ καταδέχεται ἡμᾶς τὸν αὐτὸν μακαριώτατον Βιταλιανὸν ἐκβληθῆναι. Ταῦτα γινώσκοντα ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης, σπεύσει ἐξακολουθῆσαι τῷ θελή- ματι τοῦ Θεοῦ. Ὡς γὰρ προεῖρηται, ἐπιβὰ ἔχομεν εἰς τὸν στόψακτα ἡμᾶς Θεὸν, ὅτι ἤνικα θεωρήσει θερμὴν περὶ τοῦτο ἐξ ἡμῶν πρόθεσιν, ἢ αὐτοῦ ἀγαθότης καὶ τοὺς ταραχῶς τοὺς ἐπερχομένους ἡμῖν τῶν ἐθνῶν ἀποκαύσει. Πᾶσαν δὲ σύνδροσιν ἐκτελέσασιν τοῖς ἐρχομίνοις πα- ρασχεῖν Θεόδωρον τὸν ἐνδοξότατον πατρικιον καὶ ἐξαρχον τῆς Ἰταλῶν ἡμῶν φιλοχρίστου χώρας, εἰς τε πλοῦν καὶ δαπάνας καὶ πᾶσαν χρειαὴν αὐτῶν· καὶ εἰ ἡ χρεια καλίσσι, καὶ καπιλλάτους καράβους παρασχεθῆναι εἰς διάσωσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ πάντα ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνους εἶ τοῦ Θεοῦ συνεργίῃ ἀποκαταστῆναι πρὸς ἡμᾶς. Ἡ ὑπογραφή. Τὸ Θεῖον φυλάξῃ σε ἐπὶ πολλοὺς χρόνους, ἀγιώτατε καὶ μακαριώτατε Πάτερ.

EPITAPHIUM HONORII PAPÆ DONO ROMANO PONTIFICI

ASCRIPITUM A PAPEBROCHIO

(Ex Gruterii Inscriptionibus.)

Pastorem magnum laudis pia præmia lustrant
Qui functus Petri hac vice summa tenet.
Efulgit tumulis nam præsul Honorius istis
Cujus magnanimum nomen honorque manet.
Sedis apostolicæ meritis nam jura gubernans
Dispersos revocat, optima lucra refert:
Utque sagax animo divino in carmine pollens
Ad vitam pastor ducere novit oves.
Historia nam dulcum sævo sub scismate fessa,
Ad statuta Patrum teque monente redit
Judaicæ gentis sub te est perfidia victa
Sic unum Domini reddis ovile pium.

C Adtonitum patriæ sollers sic cura movebat
Optata ut populis esset ubique quies.
Quem doctrina potens quem sacra regula vitæ
Pontificum pariter sanxit habere decus
Sanctiloquel semper In te commenta magistri
Emicnere tui tanquam secunda nimis
Namque Gregorii tanti vestigiæ justæ
Dum sequeris cupiens et meritumque geris
Æternæ lucis Christo dignante perennem
Cum Patribus sanctis posside jamque diem
Iis ego epitaphiis merito tibi carmina solvi
Quod Patris eximii sim bonus ipse memor.

ANNO DOMINI DCLXXIX

SANCTUS AGATHO

ROMANUS PONTIFEX.

NOTITIA HISTORICA IN S. AGATHONEM.

(Ex Mansi ampl. Conc. Collect.)

Agatho, ^a natione Siculus, ¹ ex monachis, ^b sedit annos ² duos, menses sex, dies ³ tres. Tantum beni-

VARIANTES LECTIONES.

¹ Cod. Luc. Ex monachis deest. Al. : Forte, exmonachus. — ² Al., tres, menses viii, dies xv. — ³ Cod. Luc., iv.

SEVERINI BINII NOTÆ.

^a Agatho. Constat ex epistola Constantini imperatoris, quam pridie Augusti, indictione sexta, anno Domini 678, ad Donum pontificem destinarat, Agathonem ^b Sedit annos duos, menses sex, dies tres. Tribus annis et mensibus plus minus quinque Agathonem in sede pontificia sedisse, verius esse constat ex iis quæ supra

gnus et mansuetus fuit, ut etiam omnibus hilaris et jucundus comprobaretur. ^a Hujus temporibus Theodorus archiepiscopus Ravennæ semetipsum sedi apostolicæ post multorum annorum curricula præsentavit. ^b Illic suscepit divalem jussionem piissimorum principum Constantini, Heraclii et Tiberii Augustorum, per Epiphanium Gloriosum ^c a secretis, missam præcessori suo Dono papæ invitamentum atque alhortantem, ut debeat sacerdotes, vel missos suos dirigere in regiam urbem pro adunatione facienda sanctorum Dei Ecclesiarum, quod et ordinarie non distulit. ^d Et direxit ^e Abundantium Paternensem, Joannem ^f Rhegitanum, et Joannem Portuensem ^g, episcopum, Theodorum, et Georgium presbyteros, Joannem ^h diaconum, et ⁱ Constantinum, Theodorum presbyterum Ravennatem, atque religiosos servos Dei monachos, clerum videlicet diversis ordinibus, et super quod competebat, eos honoribus ampliavit. Illic ultra consuetudinem arcarium Ecclesiæ Romanæ ^j efficitur, et per semetipsum causam arcarie disposuit, emittens videlicet ^k de suscepta per nomenclatorem manu sua obumbratas; qui infirmitate detentus, arcarium juxta consuetudinem instituit. Hujus temporibus indictione 8, luna eclipsim pertulit mensis Junii die ^l 28. Similiter et mortalitas major atque gravissima subsecuta est mense superscripto, Julio, Augusto, et Septembri in urbe Roma,

VARIANTES LECTIONES.

¹ *Cod. Luc.*, a secretissimo præcessori suo Dono papæ. — ² *Al.*, direxit itaque. — ³ *Al.*, Regianum. — ⁴ *Al.*, episcopus. — ⁵ *Al.*, subdiaconum. — ⁶ *Cod. Luc.*, Constantium subdiaconum. — ⁷ *Al.*, effectus est. — ⁸ *Cod. Luc.*, desuscepta. — ⁹ *Cod. Luc.*, 18. — ¹⁰ *Al.*, fuisse. — ¹¹ *Al.*, vini. *Cod. Luc.*, vel nati per lecta ad sepulcra, etc. — ¹² *Al.*, pari etiam modo foras circa quæque suburbana et castra eadem mortalitas diffusa est. — ¹³ *Al.*, solatiantem; *Cod. Luc.*, solatiante. — ¹⁴ *Cod. Luc.*, adertiones. — ¹⁵ *Cod. Luc.*, tribens.

SEVERINI BINII NOTÆ.

ihonem circa eadem tempora, post obitum Doni, ^C thronum apostolicum conscendisse, jussuque occidentalium episcoporum in Italia, Gallia et Anglia diversa concilia celebrata fuisse, cum intellexissent quæ de œcumenico concilio in causa Monothelitarum congregando imperator ad Donum perscripserat. Hujus temporibus prædicatio Evangelii apud Frisones et Saxones Australes, per Wilfridum Eboracensem episcopum inchoata, opera Willebrordi consummata fuit.

supra notavi ad vitam Doni pontificis, et ex tabulis ecclesiasticis, quæ eundem indictione decima, iv Idus Januarii, anno 682, defunctum fuisse anniversaria memoria colunt et representant. Eundem mense Decembri indictione decima adhuc superstitem fuisse patet ex epistola Constantini allegato tempore ad Agathonem destinata. Exstat in fine actionis 18 sexti concilii œcumenici.

^a *Hujus temporibus Theodorus archiepiscopus Ravennæ.* Post multorum annorum schisma Ravennatem Ecclesiam catholicæ Ecclesiæ reconciliatam fuisse sub Agathone in concilio Romano in notis concilii Romani sub Agathone pluribus annotavi.

^b *Illic suscepit divalem jussionem, etc.* Exstat ipsa sacra imperatoris inter præambulares concilii vi.

^c *Et direxit Abundantium, etc.* Ad concilium œcumenicum duplicem legationem designatam et ablegatam fuisse, constat ex sacra imperatoris ad Georgium Constantinopolitanum, quæ exstat inter præambulares. Nomine sedis apostolicæ legabantur Theodorus et Georgius presbyteri, et Joannes diaconus; qui tres

qualis nec temporibus aliorum pontificum ¹⁰ esse memorantur. Ut etiam parentes cum illis atque fratres seu sorores ¹¹ hinatim per lectos ad sepulcra deducerentur. ¹² Postmodum vero foras circumquaque suburbana et castra devastare non cessavit. Qui suprascripti missi sedis apostolicæ, qui directi fuerant in regiam urbem, ^d ingredienti die decima mensis Novembris, nona indictione, Domino ¹³ solante, atque principe apostolorum comitante, suscepti sunt a principe in oraculo beati Petri apostoli intra palatium, porrigentes ei scripta pontificis. Quæ dum suscepisset, commonuit eos, atque adhortatus est, ut non per schisma, aut farorem, sed pacifica dispositione remittentes philosophicas ¹⁴ assertiones puram sanctarum Scripturarum, Patrumque, et probatam ^B fidem per synodalia decreta satisfacerent. Et dans inducias ad retractanda scripta, ¹⁵ tribuit eis omnia quæ ad sustentationem sufficiebant in eorum expensas in domo quæ appellatur Placidia, die 18 mensis suprascripti. Die Dominico advocati sunt in processione ad sanctam Dei genitricem in Blachernas in tanta honorificentia, ut etiam de palatio caballos stratos dirigeret cum obsequio pietas imperialis, et sic eos susciperat; ea ipsa commonens, ut pacifica assertionis testimonia venerabilium Patrum proponerent. ^e De vicesima secunda mensis Novembris in basilica quæ Trullus appellatur, intra palatium sub

munere legationis apostolicæ fungentes, ^C singulis actionibus concilii œcumenici præ sederunt, ut apud Acta concilii œcumenici aperte constat. Reliqui, quos cum legatis sedis apostolicæ confuse nominat Anastasius, a Romano concilio deputati fuerunt; eo nimirum fine, ut acceptam synodicam imperatori offerrent, quæve occidentalium episcoporum de voluntatibus et operationibus Christi sententia esset, ipsi coram etiam edicerent.

^d *Ingredientes die 10 mensis Novembris.* Circa ingressum legatorum in urbem Constantinopolitanam, in tempore Anastasius aberrat. Cum enim Constantinus imperator post adventum legatorum in urbem, sacram illam ad Georgium Constantinopolitanum scripserit iv Idus Septembris, necessum est affirmare quod vel circa finem Augusti, vel sub initium Septembris utraque legatio in urbem venerit. Adde quod œcumenicum ipsum concilium sub præsidio legatorum sedis apostolicæ jam præsentium, septima Novembris inchoatum fuisse legatur. Quamobrem verum esse non potest quod de tempore adventus eorumdem legatorum legitur apud depravatam Codicem Anastasii: emendari potest, si pro 10 Novembri legatur 10 Septembris.

^e *Die vicesima secunda mensis Novembris in basilica quæ Trullus appellatur.* Ab hoc loco usque ad finem vitæ Agathonis Anastasius describit actorem synodaliū breve compendium, in quo plura inveniuntur, quæ in ipsa sexta synodo desiderantur; contra vero desunt complura quæ in exstantibus Actis synodalibus scripta reperiuntur. Sex tantum actiones habitas esse refert Anastasius, decem et octo apud acta inveniuntur. Ille synodum ante paschale tempus

regali cultu, residente cum Constantino Augusto A Georgio patriarcha Constantinopolitano ac Macario Antiocheno suscepti sunt missi sedis apostolicæ, deinde metropolitæ, vel episcopi orientalium partium numero centum quinquaginta. Qui proni adorantes, residere eos præcepit una cum nostris. Post hæc ¹ patricii, hypati, omnesque ² inclyti introlerunt, et habita inquisitione ab ejus ³ pietate, cujus partis deberet ostensio approbari. Legati sedis apostolicæ dixerunt: Opportuna veritas et ratio exigit, ut ⁴ a parte eorum qui unam voluntatem et operationem in Domino Jesu Christo asserunt apostolicæ sedis ⁵ exponere. Qui audientes, læti effecti, paratos se esse dixerunt. Et accepta licentia ea hora suos intromiserunt libros, ⁶ et tomos diversos, et synodos, quas falsaverant. Nam non per veritatem se superare ⁷ nitentantur, ⁸ sed per mendacia, et diversa commenta, quæ in ⁹ libris suis ipsi addiderant, et relegentes per singula, reperti sunt mendaces unam operationem et voluntatem, ¹⁰ dicentes: et in quinta synodo epistolam Vigilli papæ ad Mennam patriarcham, atque libellum ejusdem Mennæ in quaternionibus noviter additis, falsaverunt, unam voluntatem et operationem dicentes, quod coram principe et synodo ¹¹ claruit. Alia die catholicæ fidei defensor pius princeps in secretario ¹² residens, inquisitione de ipsis Codicibus facta, ita reperit falsa noviter addita fuisse.

Die ¹³ duodecima mensis ¹⁴ Decembris, residente synodo cum ejus pietate, suscepti sunt missi sedis apostolicæ, et præcepit eos ¹⁵ in synodo residere; præsentantes locum sanctissimi ac beatissimi Agathonis papæ. Quibus dictum est ut omnes libros, quos scirent ad causam fidei pertinere, coram synodo adducerent: quod et factum est. Et vocato Georgio diacono et chartophylace Ecclesiæ Constantinopolitanæ, præceptum est ei ut juxta eorum notitiam Codices ex bibliotheca Ecclesiæ ad medium ¹⁶ deduceret, et dum adducti essent, et relegerentur, utriusque ¹⁷ similes reperti sunt, duas naturas, duasque voluntates, et operationes in Domino Jesu Christo habentes. Et confusus Macarius coram synodo inventus est mendax. Tunc interdixit pietas Augustalis Georgio patriarchæ, ut minime in Ecclesia sua susciperet Macarium, vel ejus homines, interdicens ei

processum. Hæc prima ejus ruina fuit, die ¹⁸ 13 mensis Februarii, auxiliante beato Petro apostolo, ut veritatis lumen appareret, intromissa sunt coram synodo venerabilium Patrum dicta Joannis Constantinopolitani, Cyrilli, Athanasii, Basilii, Gregorii, Dionysii, Hilarii, Ambrosii, Augustini, et Leonis ¹⁹ duas naturales voluntates, et operationes in Christo dicentium, ad satisfactionem principis vel synodi.

²⁰ Sequenti die in eodem secretario residente synodo una cum principe, synodica sanctissimi Agathonis papæ relecta est, et ad singula comprobata Patrum ²¹ dicta inserta, in qua synodica episcopi occidentalis partis subscripserunt numero ²² centum viginti quinque. Cumque post hæc adhortatus est nec dicendus Macarius a sancta synodo, vel a pio principe, omnique senatu ut profiteretur unam aut duas confiteri voluntates, vel operationes, qui nullatenus audivit, sed potius neque unam, neque duas in salvatore dicere voluit. Deinde protulit piissimus et serenissimus princeps tomum ad relegendum, ²³ in quem vanum hæreticum dogma Macarii erat conscriptum, et ejus manu subscriptum, apertissime unam voluntatem in Domino affirmantis. Sub ipsius scriptione, et Theodori expatriarchæ, utique juxta eum tenorem ibi subscriptio erat. Et interrogatus Georgius patriarcha, si eam fidem quam docet sedes apostolica ²⁴ amplectitur juxta scripturam venerandi Agathonis papæ seu sanctorum ac venerabilium Patrum. Qui respondit quod accepta licentia ²⁵ in scriptione quæ opportuna erant responderet. Et in his recedentes die 17 mensis Februarii, die Dominico intra oraculum sancti Petri intra palatium ²⁶ astante ²⁷ synclero, simulque et patriarcha, legatos sedis apostolicæ ²⁸ suscepit, ²⁹ relegens suggestionem aliam pro eorum ³⁰ commendatione a sanctissimo papa directam. Qui Georgius sanctissimus patriarcha professus est eo die in scriptis duas naturas duasque voluntates et operationes in Domino Jesu Christo se credere et prædicare, sicut sedes apostolica credidit: anathematizans eos qui unam naturam, voluntatem et operationem in Domino Jesu Christo dicunt.

Die vigesima quinta mensis Februarii residente synodo una cum pio principe simulque et legatis sedis apostolicæ, Macarium adesse jusserunt. Et data

VARIANTES LECTIONES.

¹ Al., patricii quinque omnesque inclyti cum omni sindtico. — ² Cod. Luc., syncliti et habita inquisitione ab ejus, etc. — ³ Al., parte. — ⁴ Al., aperte. — ⁵ Al., auctoritas exponatur. — ⁶ Cod. Luc., in tomos diversos. — ⁷ Al., æstimaverunt; Cod. Luc., existimaverunt. — ⁸ Cod. Luc. et Al., nisi per. — ⁹ Al., libris ipsis. — ¹⁰ Al., in Domino Jesu Christo esse. — ¹¹ Cod. Luc., placuit. — ¹² Al., præsidens. — ¹³ Cod. Luc., die decima. — ¹⁴ Cod. Luc., et Al., Novembris. — ¹⁵ Al., synodus. — ¹⁶ Cod. Luc., deducerentur. — ¹⁷ Al., verissimi reperti. — ¹⁸ Al., 14; Cod. Luc., 11. — ¹⁹ Al., duas naturas et voluntates. — ²⁰ Al., dictis insertis. — ²¹ Cod. Luc. et Al., cxx. — ²² Cod. Luc., una et hæretica dogmata Macarii erant conscripta, et ejus manu subscripta. Al., in quo una voluntas et hæretica dogmata Macarii erant conscripta, et ejus manu subscripta, et apertissime unam voluntatem in Domino affirmantis. Post ipsius subscriptionem et Theodori. — ²³ Al., amplecteretur juxta scripta. — ²⁴ Al., in scripto. — ²⁵ Al., astantes Augustinus simul et patriarcha legatos. — ²⁶ Al., synclero. — ²⁷ Al., susceperunt. — ²⁸ Al., relegantes. — ²⁹ Al., condemnatione.

SEVERINI BINI NOTÆ.

absolutam fuisse scribit; actiones vero illæ, in quibus Honorius dicitur esse condemnatus, cæteræque sequentes, mense Augusto et Septembri celebræ reperiuntur.

³¹ Sequenti die in eodem secretario residente synodo, etc. Hæc quæ sequuntur usque ad illum locum, Macarius vero cum suis, etc., apud Acta synodalis desiderantur.

a principe licentia ut se ¹ partes quis in quas vellet divideret, Georgius patriarcha regie civitatis cum suis in partes orthodoxorum stetit, Macarius vero cum suis in parte alia hæreticorum. Et deducentes ad medium professionem Georgii patriarchæ, quam fecerat, ² porrecta est principi et relecta est. Et commonitus suprascriptus Macarius, quid sentiret, vel crederet, respondit se ³ in ea perfidia, quam ante proposuerat, perdurare, et nullatenus orthodoxæ fidei acquiescere. Ea hora sancta synodus una cum principe ejus orarium atferri jusserunt ⁴ a collo ejus et exsiliens Basilius episcopus Cretensis Ecclesiæ, ejus orarium abstulit; et anathematizantes projecerunt eum foris synodum, simulque et thronum ejus. Stephanum autem discipulum ejus cervicibus a sancta synodo clerici Romani ejicientes expulerunt. Ea hora tantæ telæ aranearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur ac dicerent quod sordes hæresum expulsi sunt. Et Deo auxiliante unitæ sunt sanctæ Dei Ecclesiæ. In loco vero Macarii ordinatus est ⁵ Stephanus abbas monasterii quod appellatur ⁶ Bajas insulæ Siciliensis, patriarcha Ecclesiæ Antiochenæ. Macarius vero cum suis amatoribus, id est, Stephano, Anastasio presbyteris, et Leontio exdiacono, Polychronio, Epiphanio ⁷ presbyteris; et inclusis ⁸ in exsilio in Romanam directi sunt civitatem. ^b Deinde abstulerunt de diptychis ecclesiarum nomina patriarcharum; vel de pi-

cturis ecclesiæ ⁹ figuras eorum, aut in foribus, ubi ubi esse poterant auferentes, id est, Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrni, Petri, per quos error orthodoxæ fidei usque nunc ¹⁰ pullulavit. Tanta autem gratia divina omnipotentis concessa est missis sedis apostolicæ, ut ad lætitiâ populî, vel sancti concilii, qui in regia urbe erant Joannes episcopus Portuensis ¹¹ dominicorum die octavorum paschæ in ecclesia beatæ Sophiæ missas publicas Latine celebraret coram principe et patriarcha, ut omnes unanimiter in laudes et victorias piissimorum imperatorum eo die Latinis vocibus acclamarent. Hic suscepit divalem jussionem secundum suam postulationem, ut suggessit; ^c per quam ¹² revelata est quantitas, quæ solita erat dari pro ordinatione pontificis faciendâ. Sic tamen, ut si contigerit post ejus transitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, nisi prius decreto generale introducatur in regiam urbem secundum antiquam consuetudinem, et cum ¹³ eorum conscientia, et jussione debeat ordinatio provenire. Hic ¹⁴ dimisit omni clero rogâ unam, et ad luminaria apostolorum, et sanctæ Mariæ ad Præsepe, solidos duo mille ¹⁵ centum, et quadraginta. Fecit autem ordinationem unam, presbyteros decem, diaconos tres, episcopos per diversa loca numero decem et octo. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum apostolum sub die IV Idus Januarii, et ^d cessavit episcopatus annum unum, menses VII, dies V.

VARIANTES LECTIONES.

— ¹ Al., in partem quam qui vellet. — ² Al., et porrexerunt. — ³ Al., in eadem. — ⁴ Cod. Luc., a collo ejus deest. — ⁵ Al., Theophanius. — ⁶ Cod. Luc., Pagias. — ⁷ Cod. Luc., Anastasio. — ⁸ Al., trasi in exsiliium. — ⁹ Cod. Luc., figuras eorum deest. — ¹⁰ Al., pullulaverat. — ¹¹ Al., dominico die Paschæ in ecclesia. — ¹² Cod. Luc., revelata; Al., relegata. — ¹³ Al., ejus imperatoria. — ¹⁴ Al., divisit. — ¹⁵ Cod. Luc., et Al., CLX.

SEVERINI BINII NOTÆ.

^a In exsilio in Romanam directi sunt civitatem. Errat Anastasius; non enim ad exsulandum, sed ad prosequendum quam interposuerunt appellationem, ab imperatore Romam ablegati fuerunt, ut constat ex epistola Constantini imperatoris ad Leonem papam, quæ exstat in fine actionis 18 Actorum concilii VI. Accedit quod nullum est exemplum quo relegandis hæreticis pro loco exsiliî urbs Roma unquam decreta fuerit.

^b Deinde abstulerunt in diptychis, etc. Hæc post latam sententiam damnationis in Monothelitas contigisse videntur actione 17 vel 18.

^c Per quam revelata est quantitas, quæ solita erat dari. Gothorum reges Ariani et impii per tyrannidem constituerant primum ne quis ordinaretur Romanus episcopus, qui non ante habito consensu regis certam pecuniæ summam et quantitatem solvisset. Eamdem pensionem imperatores Orientis post exactos Gothorum reges solvi petiverunt, ut constat ex querela sancti Gregorii, hac de re gravissime in commentariis IV psalmi penit. conquerentis, quod nimirum sibi legitime ad pontificatum vocato et electo muneri sui functionem non prius exsequi licuerit, quam data pecunia illam ab imperatoribus redemisset. Constantinus vero imperator IV, retento adhuc jure confir-

mationis antiquitus per tyrannidem usurpato, iniquissimam pecuniæ exactionem abolevit.

^d Cessavit episcopatus ejus annum unum, menses septem, dies V. Sententiam Anastasii de interregno sedis pontificiæ confirmat canon secundus concilii Toletani XIV, ex quo patet Leonem II successorem Agathonis anno quo celebratum est allegatum concilium Toletanum, 684, adhuc superstitem fuisse. Quare cum omnium sententia Leo non nisi X mensibus et septemdecim diebus pontificatum obtinuerit, necessum est affirmare ab obitu Agathonis usque ad initium ejusdem Leonis tanti temporis interregnum intercurrisse. Interim defuncto Georgio Constantino, Theodorus syncellus, fide orthodoxa per fraudem simulata, subrogatus est in sede Constantino-politana, a qua antea dejectus fuerat. De hoc firmis conjecturis asserit Baronius, anno 682, quod persuaserit imperatori catholico, ut legatos sedis apostolicæ non prius dimitteret quam Romæ novus pontifex electus esset; quodque ille interea dolose procuraverit interregni prorogationem, donec acti synodalia consecutus, ea antequam ederentur pro libidine intervartisset et corrupisset, atque ex illis e numero damnatorum hæreticorum exemisset; nemine Honorii suo substituisset.